

Ex ca-
satio
Iudaorū
ex Im-
pœnitē-
tia.

operiet, eritq; Verbum Domini sicut liber si-
gnatus, & velut nescienti literas. Cui simi-
lia sunt quæ B. Paulus 2. Cor. 3. de Ju-
dæis commemorat, esse nimirum illis
velamē positum super cor illorum ut
Messiam in Prophetis suis legentes nō
intelligent: quod velamen sumus Deus
ab illis sit ablaturus, si ad illum fuerint
conversi.

CAPUT XXXIX.

PURITATEM DOCTRINÆ ET
verbi divini, non modo disputando &
multos libros conscribendo, sed vera
in super pœnitentia, vitaq; sancta
obteneri & servari.

2. Timoth. 1. *Formam habe sanorum
verborum, quæ à me audisti in fi-
de, & in dilectione in Christo Je-
su. Bonum depositum custodi per
Spiritus sanctum, qui habitat in
nobis.*

Puritas doctrinæ & veritas Sanctæ
Christianæ fidei necessario contra
sectas & hærefes venit defendenda;
exemplo Prophetarū, qui contra fal-
sos & idololatrias Prophetas in Veteri
Testamento acerrimè sunt conciona-

ti;